Frischling, Stephano.

S. Quod meum Apollonium, quem a me diu expectare scio, has
literas non comitatur: veniam dabis, mi [illegible],
amicorum meorum decus inclytum. Nam proximis
Ratisponensibus Comitiis Rodolphum meum, [illegible] tibi oblatum
pulo, Caesari, cui dedicatus erat, ipse non obtuli.
Sed gravi in morbo, et lethali paene detinebar: quo [illegible]
paucis diebus post, finem vitae [illegible]. Itaque domo
diutius abfui, quam volueram: ut in meo Apollonio pergere
non potuerim. Accessit et aliud impedimentum: quod
[illegible] versionem, de qua scribis, hactenus [illegible]
quorundam negligentia, aut potius malitia, comparare
non potui. Necdum certus sum, an [illegible] tabellarium
Basilea ad me perlatura sit. Itaque meum corpus
cudere; et iam cum Hercule in Pygmaeorum [illegible] Antaeum
prostravi. Utinam [illegible] in hoc certamine,
eadem felicitate, qua Antaeum Hercules superavit, ego
vincam. Toto opere absoluto, ad finem [illegible] (cuius
nunc Dialectum [illegible] Doricum [illegible]) [illegible] librum,
et Latine reddo. Ubi [illegible] et tempus fuerit,
addam et tres Aristophanis priores Comoedias, Latinis
[illegible] sic [illegible]; ut [illegible], [illegible]
[illegible], et in Choris, respondeant. Sed [illegible],
Deo vitam et gratiam suppeditante, reliquum [illegible]
[illegible]. [illegible] ad C. Calabrum me [illegible].
De Principe vero, cui librum a dicare volui, sic
habe. Patris optimi, optimus est filius, Latinis literis
mediocriter excultus,+ humanus, [illegible], beneficus
et studiorum humanitatis singularis patronus atque
[illegible]. Is ducatum in Suevia habet [illegible]
[illegible]: agrum amoenissimum, et viri [illegible],

\+ pietatis, et reformatae religionis perquam amans:

prædium, et eius vrbium, quæ ad vtilitatem vniuscuiusque faciunt, longe feracissimum. Oppida et vrbes possidet, quot Ducatus alius, in tota Germania, Elector, aut princeps. Nam quadraginta præfecturas, vel Comitatuum instar, habet: quarum caput Tubingensis est ciuitas: olim Comitum Tubingensium sedes: nunc amplissimum et celeberrimum Academiæ hospitium. # Titulo gaudet præterea, duorum amplissimorum opidum: quem si legere cupis, en tibi. Illustriss. Principi ac Dno: D. Ludouico, Duci Wirtembergico et Teccio: Comiti Montis Peligardi &c. Dno suo clementiss.

Cæterum quod meam pollicitus fuisti, in tuo libro promouendo, operam: eo factum est, quod hinc intellexi, quæ scripsisti commendant, nisi ullius hominis suffragia fidem operum habent, neque patrocinij indigeant. Sed ut intelligeres, me in aulam eo, quasi meam dedicatiuam, et Principi esse oblaturum. Nosti .n. Aulicos nostri seculi procerum quorundam ingenia: qui a literis humanioribus tam animum abhorrent, quam Pythagoras a fabarum esu.

Quod de altera Callimachi versione scribis, dubitare te, num priori ad cæteram operis sit annexurus: librarium id tibi relinquo: hoc unum affirmans, me in ista versione, quod [illegible] gessit, et annotationib. tui partem operis [illegible], nescio quantum fructum, consecuturos. Sed [illegible] [illegible] videbis, quam ego scribere possim. De Palatini Electoris morte, nisi iam pridem tibi relatum, plura scripsissem. Constans est fama et Moguntinum Archiepiscopum, et Electorem, morte relictum. Hic [illegible], quod Hispaniæ Regem mortuum esse dicunt. Quod etiam verum [illegible] sit: id [illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible] [illegible], gaudent. Oro [illegible] filium Dei, instar et [illegible] humani generis, ut in ista

De scholis Monasticis aliud ad te # perscriptum esse commemini.

Imperatorem vestrum, et hoc mundi senecta, Ecclesiam suam
& Scholas, Reipubl. utriusque seminaria, cum ipsis Princi-
pibus, & Regibus, ad finem usque conservet.
Vale Clarissime et doctissime Vir: memorem
amorem splendorem & decus.
vivum. Anno Salutis 76. Tubingae Sueviae,
12 ~~octob~~ Novemb.

Tuus ex asse.

Nicodemus Frischlinus
Philosophiae Doctor & Poeta Laur.
Caesareus.

Cum Ratisponae offenderem Hubertum
Languetum, V. clariss. et doctiss.; qui nunc
Caesaris nuper Sept., Electoris Saxoniae
in ea consiliarius: voluit is, ut prima
quaque occasione data, salutem suo nomine
ad te ascriberem. Noster Melissus
in Italiam ire cogitat.

De Henrico indice, sic habe: me
Francofordiae in Nundinis autumnalib.
Anni 74 librum in folio, compaginatum,
a .. manu Georgii Hala, pastoris Lipsensis
scriptum, unà cum Ferdinandi Caesaris
Privilegio ll tradidisse. In eo singulos
Henricos distincte, periode, ut in
Erythraei Virgiliano Indice, continentur.
15 libri ubi omnes Henrici, sine prae-
iudicio. Vale iterumque iterumque.

ll sibi ipsi, in sua librario retentum

Clariss:o & Doctiss:o Viro:
Henrico Stephano: Genevensium Typogra/
pho elegantissimo: Dno. & amico suo optimo.

Frischlinus.

à Geneve